

17 [*Ἀντοκράτωρ Ἀναστάσιος Α.*] Θεσπιζομεν τὰ ἐπὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆσδε τῆς βασιλίδος πόλεως (ἢ συννπάγεσθαι προσήκει καὶ τοὺς ἁγιωπάτους οἴκους, ὧν αὐτὴ τὰ τε πράγματα καὶ τὴν τῶν καλουμένων διαρίων καὶ λοιπῶν δαπανημάτων εἰς ἑαυτὴν ἀνεδέξατο χορηγίαν) ὀρισθέντα καὶ κρατήσαντα μέντοι ἐφ' ἑαυτῶν ἀσάλευτα καὶ ἄτρωτα κατὰ πάντα τὸν τρόπον φυλαττόμενα· βέβαια δὲ εἶναι καὶ πάντα τὰ προνόμια τὰ τῇ αὐτῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ θρόνῳ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως καθ' οἷονδῆποτε χρόνον 1 ἢ τὸν τρόπον ὑπάρξαντα καὶ ἐποφειλόμενα. Θεσπιζομεν, ὥστε πᾶσαν ἐκποίησιν πραγμάτων ἀκινήτων ἢ πολιτικῶν σιτηρεσίων τοῖς σεβασμίοις οἴκοις διαφερόντων ἢ διοισόντων καθ' οἷονδῆποτε τρόπον γινόμενῃν ἢ μελετωμένῃν ἢ ἐπινοεῖσθαι δυναμένην σχολάζειν πλὴν εἰ μῆπου χρείας τινὸς ἀναγκαίας καὶ ἐπωφελοῦς τοῖς αὐτοῖς σεβασμίοις οἴκοις ἀνακλυπτούσης λυσιτελῆς εἶη τοῦτοις ἢ πράσις τοῦ τοιοῦτου πράγματος ἢ ὑποθήκη ἢ ἀνταλλαγὴ ἢ διηνεκῆς ἐμφύτευσις, τουτέστιν ἐπειδὴν τὰ τιμήματα τοῦ πιπρασκομένου πράγματος εἰς διευλύνωσιν χρεῶν, οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ὡς ἔτυχε συστάων, ἀλλ' ἐκ διαδοχῶν τινῶν ἤτοι κληρονομίῃν ἢ ἐξ αἰῶν ἀναγκαίων καὶ χρεωδῶν ἐνὶ τῶν προδηλωθέντων σεβασμίων οἰκῶν ἐπικειμένων, ἢ καὶ εἰς πράγματος αὐτοῖς ἑτέρου χρεωδεστέρου τε καὶ ἀναγκαιότερου κτήσιν καὶ ἀγορασίαν μέλλοι προχωρεῖν, ἢ καὶ εἰς ἀνανέωσιν ἤτοι ἐπιμελείαν τοῦ αὐτοῦ οἴκου κατεπεύγουσαν καὶ μακρὰς ἀναβολῆς οὐκ ἀνεχομένην δαπανᾶσθαι· τῶν αὐτῶν αἰτιῶν καὶ ἐπὶ τοῖς δαπέσμασι καὶ ταῖς ἐπ' αὐτοῖς ὑποθήκαις τῆς κωλύσεως ἐξηρημένων. τὰ δὲ τῆς ἀνταλλαγῆς, ὅταν ἐπὶ χρεωδεστέρω κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἀναγκαιότερω καὶ πρόσδορον ἀξίαν καὶ οὐκ ἐλάττονα τοῦ διδομένου πράγματος ἐνὶ τῶν αὐτῶν σεβασμίων οἰκῶν περιποιεῖν δυναμένῳ ἐπιζητεῖται· τὰ δὲ τῆς ἐμφυτεύσεως, ἤνικα ἢ τῆς προσόδου μηδαμῶς ἀπομειοῖτο ποσότης ἢ καὶ ἀπορον εἴη παντελῶς τὸ διδόμενον· ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις πράγμασι τοῖς μηδὲν μὲν κέρδος δι' ἀπορίαν προσφέρονσι, ζημίαν δὲ προστριβομένοις οὐδὲ δωρεὰς τοῖς αὐτοῖς οἴκοις ἢ ἐκχωρήσεις ἀπαγορεύομεν.

2 Τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει, εἰ μὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήμασι φανερωθῆ, ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγιστροκλήνῳ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδικίοις, προκειμένων τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐνδημόντων κληρικῶν, ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄλλους μοναχοὺς, ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ὑπουργούντων καὶ τῶν πτωχῶν, ἐπὶ δὲ τῶν ξενῶνων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν εὐρισκομένων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτροφείων, ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον· συναίνουτος καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων, ἐν οἷς τοῦτο σὺνήθες ἐπιγίνε-

- 2a σθαι. Μὴ δυναμένον τοῦ μαγιστροκήνσου ἢ τοῦ ἐκδικίου παραιτεῖσθαι καταλαμβάνειν τὸν σεβασμὸν οἴκον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη συνίσταται πράξις, ἀζημίως καὶ ἐκδικούντων αὐτήν. ὑπόκειται γὰρ ἐκ παραβασίας πονῆ χρυσίου λιτρῶν κ'.
- 2b Καὶ μετὰ ταῦτα γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως καὶ τῆς προσηγορίας τῶν παραγενομένων καὶ παρ' ᾧ συνέστη. Εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων παροφθείῃ, ὁ μὲν δανειστής καὶ ὁ ἀγοραστής ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ τοῦ χρέους καὶ τῶν τιμῶν· ὁ δὲ λαβίων εἰς ἀνταλλαγὴν καὶ οὐπερ ἔδωκε καὶ οὐπερ ἔλαβεν ἐκπίπτει· ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβίων ἢ δωρεάν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην ἀναδίδωσιν ὅπερ εἴληψε καὶ ποσότητα
- 4 ἐτέραν, ἧς ἀξίον ἐστὶ τὸ δοθῆναι. Χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἔσομένοις εὐαγέσιν. Ἰπόντων δὲ κινήτων ἐξώθει τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἀργεῖ τῶν ἀναγκαίων ἀκινήτων καὶ τῶν ἄστων ἢ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

id est:

Imp. Anastasius A.

Sancimus ea, quae de sacrosancta magna ecclesia huius regiae urbis (sub qua etiam, sacrosanctas domos comprehendi convenit, quarum et res et diarium quae dicuntur ceterarumque expensarum dispensationem in se ipsa recepit) definita sunt valueruntque, manere iis inconcussa et illaesa omnimodo custodita, firma sint etiam omnia privilegia, quae eidem magnae ecclesiae et sedi huius regiae urbis in quodcumque tempus vel quoquo modo competiverunt et debentur.

1 ¶ Sancimus omnem rerum immobilium vel civilium annonarum quae religiosi domibus competunt vel competent alienationem cessare, quocumque modo fiat vel adgrediatur vel excogitari possit, nisi forte propter aliquam necessitatem utilitatemque, quae isdem religiosi domibus emerit, prosit iis venditio talis rei rei hypotheca vel permutatio, id est si pretium rei venditae cedat in solutionem debitorum non eorum, quae simpliciter et prout incidit existant, sed quae ex successione sive hereditatibus vel ex necessariis utilibusque causis supra dictarum venerabilium domorum cui incumbant, vel etiam in acquisitionem emptionemque alius rei, quae utilior iis et magis necessaria sit, vel etiam in renovationem vel curam ipsius domus instantem quaeque magnam dilationem non permittat: isdem causis in vetito aere alieno contrahendo et hypothecis pro eo dandis exceptis: permutatio vero, si itidem de re agatur, quae utilior et magis necessaria sit redditumque convenientem nec minorem rei alienatae alicui venerabilium domorum comparare possit: emphyteusis vero, cum redditus quantitas nullo modo deminuat, vel etiam quod datur omnino sterile sit. huiusmodi enim rerum, quae nullum lucrum propter sterilitatem produunt, sed damnum tribuunt, nec donationem vel alienationem isdem domibus interdiximus.

2 ¶ Quod vero factum erit, non aliter valeat, nisi una dictarum causarum in actis manifestetur, Byzantii quidem apud magistrum census, in provinciis autem apud defensores, propositis sanctis evangeliiis et pro ecclesiis quidem adhibitis oeconomis et clericis qui ibi morantur, pro monasteriis vero praepositi aliique monachi adesse debent, pro ptochiis administratores et omnes qui inveniuntur administrationis ministri et similiter pro orphanotrophiis, ut quod maiori parti placuerit id obtineat: consentiente etiam episcopo locorum, in quibus hoc fieri moris fuerit.

2a ¶ Nec poterit magister census aut defensor recusare ad venerabilem domum se conferre, in qua tale negotium fit, quin etiam gratis eam defendent (id excipient?), subiacent enim, si id non observaverint, poenae XX auri librarum.

2b ¶ Et postea fiunt instrumenta, quae commemorant causas et actorum confectionem et nomina tam eorum qui interfuerint quam eius apud quem gesta fuerint.

3 ¶ Quod si quid eorum, quae dicta sunt, praetermissum fuerit, creditor et emptor rem et debitum et pretium amittit: is vero, qui permutationem contraxit, tam quod dedit quam quod accepit amittit: qui emphyteusis titulo in tempus vitae suae vel donationis alienationisve titulo accepit, reddit quod accepit et alterum tantum eius, quanti est quod datum fuerit.

4 ¶ Quae dicta sunt locum habent etiam in iis rebus quae ecclesiarum et venerabilium domorum futurae sunt.

5 ¶ Si qua vero mobilia erunt praeter vasa sacra, quae sufficiant ad dictas causas, cessat alienatio et obpigneratio immobilium necessariorum panumque.